

REGINO ABBAS PRVMIENSIS.



Regino natione Germanus fuit, qui inter Doctores Germaniæ & Galliæ facile (ut Tritemius inquit) principatum obtinuit. erat enim in sacris & prophaniis literis eruditissimus. Itaq; factum ut Prumiensis cœnobij ordinis S. Benedicti in Treuirense monasterio abbas electus fuerit. Ibi diligenter omnes historias euoluit, atq; à Christi nativitate ad annum 908. Chronicon cōscripsit, in quibus potissimum gesta Francorum & Germanorum complexus est. Cum etiam sacerdotes cum uniuerso clero uitij essent dediti, atq; multūm à maiorū uestigij declinassent, Regino iubente Ratbodo Archiepiscopo Treuirorum opus de ecclesiastica disciplina & religione Christiana ex decretis patrum & generalibus Concilijs composuit, atq; id in nonaginta capita magna diligentia distinxit, Anno Christi noningentesimo decimo. Trit.